

Rigsmal

SJÖBORG

LUNDÆ 1801


RIKSDAGEN
SVERIGES
RIKSDAG
TILL
ISLANDS ALLTING
VID
TUSENÅRSJUBILEET
1930

RIGS-MAL,
CARMEN GOTHICUM,
ANTIQUISSIMAM SCANIÆ
HISTORIAM ILLUSTRANS,

CONS. AMPL. PHIL. Ord. IN REG. ACAD. LUND.

PRÆSIDE

NIC. HENR. SJÖBORG,

HISTOR. PROFESSORE REG. ET ORD. REG. ACAD. MUSIC, HOLM. ET SOCIET. LITT. SCAND. HAFN. MEMBRO,

DISSERTATIONE ARCHÆOLOGICA,

PUBLICE EXHIBET

RESPONDENS

EMANUEL WENSTER,

LUNDENSIS.

IN AUDITORIO MAJORI, DIE XXI MAJI A. MDCCCI.

LUNDÆ,

TYPIS BERLINGIANIS.

Åt

Directeuren

vid

Academiſka Capellet i Lund,

Philoſophiæ Magiſteren,

Höglärde HERR

CHRISTIAN WENSTER,

ſamt

Högädla FRU

ING. CATH. WENSTER,

FÖDD BERLING,

Mine Huldaſte Föräldrar,

Upoffras detta förſta lärdoms prof, hvartil de förſta ſkylldigheter af vördnad och taekſamhet föranledt

en lydig Son
EMANUEL WENSTER.

Inter duodecim primores vel filios vel alios proceres, pontifices & judices, quos ex litoribus Mæotidis cum multitudine hominum in regiones septemtrionales traduxit Sigge Fridleifi filius, cui cognomen hereditarium Othini datum, *Heimdallur* fuit, qui sibi domicilio, sive svasu fratris Skjöld Selandiæ regis, seu consilio & auctoritate patris Othini, in *Himinbjörgom*, *Himinborg* vel territorio Hallandiæ *Himle* constituto, primus, quantum quidem inveniri potest, Scaniæ & Hallandiæ imperio est potitus 1). Hic, licet summam rerum, ob egregia fortitudinis merita, obtineret, assentientibus Danorum, qui vel ante Christum natum Scaniam nostram incolebant, suffragiis; Regio tamen nomine carebat, cujus tum apud nostros nullus usus,

 nulla

1) Sturluson, Heimskringla T. I. p. 6. Edda Dæmesaga 15, 25. Historie af Danmark ved Suhm T. I, p. 22, 23 35, n. (a) 50. Lagerbring, Svea Rikes Historia T. I. p. 71, 72, 73.

nulla auctoritas 2). Posteris, quibus suas consecrare origines & ad Deos referre auctores diu moris fuit, regnum, in Deorum numerum receptus, reliquit. Optimo & viro & principi suffectus est filius Rig I, cui vita defuncto successit filius Dag: patrem vero Dag secutus est filius Skjöld, & post eum filius Rig II regno Scanensium est potitus 3). Struebat jam fortuna in Gothiæ extremitate initia causasque imperio, quod ex intervallo ortum, lætum Scanensibus aut atrox, ipsis principibus prosperum aut exitio fuit. Unus inter omnes eminet Rig II, de quo, cum regnum summa, ut tum tempora ferebant, justitia & gloria administraret, antiquissimum illud percelebratur carmen *Rigsmal*, vel *Rigsthattr*, quod si Nostratibus conspiciendum noscendumque exhibuero, operæ pretium me facturum existimo 4).

Jam

2) Suhm l. c. p. 13. — — *det Danske folk opkom i det egentlige Sverige, - - - trak sig siden ned i det Svenske Gotland, og derfra til Skaane, hvor de fæstede sæde for bestandig, og bleve kaldte Daunskir af det ord Daun, luv. slet.* Duodecim præfecti, *Diar*, seu *Drottnar*, hoc est principes seu domini dicti sunt, Sturluson l. c. p. 2. conf. Suhm l. c. p. 28. n. (a).

3) Suhm l. c. p. 61, 64, 70. Perperam Torfæus in Ser. Dynastarum & regum Daniæ p. 271 hos reges ex Odini filio *Skjöld* originem duxisse, & sic *Skjöldungar* fuisse, judicat.

4) *Mal* vox, sermo, mensura, carmen in nominibus propriis Odarum *Rigsmal*, *Grimnismal*, *Alvissmal* &c.

Jam primum omnium satis constat Rigum nostrum ex Hallandia expulsos profligasse Herulos, qui, sedem mutantes, stabilem non habentes, ducatum Megalopolitanum, confinia Mæotidis, Hungariam, Illyricum & Daciam Ripensem, populo Romano per vices amici, inimici, incolebant 5). Ignominia a Procopio idem ille populus notatur, cujus usque ad annum DLXV res monumentis commendatæ reperiuntur 6). Obscura sunt quædam & difficiles explicatus habent gesta regis *Rig*, quæ vero prospera ei cessere, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tum omnes superabat, accidisse videntur: nec eminus hastis semper, aut cominus gladiis usus est, sed potius auctoritate, ratione, sententia. Divum se atavum *Heimdallur* professus, tantamque personam, ut fert metempsychosis, de qua antiquissimis Gothis persvasum fuit, mentitus, primus loca Scaniæ desertiora excoluit: primus in

μέλος. *Dath* vel *dad*, pl. *Dathir* vel *thattr*, vigor, virtus, actio, factum.

5) Om de fra Norden Udvandrende Folk af Suhm, I Bind. p. 423 &c. Ejusdem Historie af Danmark T. I. p. 82. Jornandes de Getarum sive Gothorum Origine & rebus gestis C. III. *Dani Erulos propriis sedibus expulerunt: qui inter omnes Scanziæ nationes nomen sibi ob nimiam proceritatem affectant præcipuum.*

6) Procopii Opera Hist. v. Corpus Byzantinum T. 2. p. 78 &c. T. 19. p. 23. Marius Aventicensis in Du Chesnii Scr. Franc. T. I. p. 215.

in tres classes, nobilium, rusticorum & servorum, singulis officia ministeriaque dispertiendo, cives distribuit: primus, more Germanorum, *Grythe* ex Germanis oriunda uxore ducta, rex fuit appellatus, qui insignis honoris titulus tum primum inter Scano-Danos, nullo ambitionis, magno virtutis incremento est celebratus 7). Nostram itaque bene moratam

7) In Gothica Runa ᚴ *Kaun* alternatim litteræ *K* & *G* vis inest. Itaque *Rig*, *Rik* & *Erik*, etiamsi verbis differre videbuntur, re tamen unum erunt. Facta Erici Nostri canit Libellus Chronicus ab Hadorphio editus pag. 2:
Jagh war förste Konung i Gjöthaland redh,
Ta bodde ingen i Skane eller Wetala heedh,
Jagh lot them först byggja och uptaga,
Ty bör them skatta Göthom alle daga:
The öya hette tha Wetalaheyde alla,
Som nu man Sjålanö, Möön, Fjwn, Laland och Falster kalla,
Ta liffde Saruch goder Mader,
Abraham Patriarchas Faders Fader Fader.
I Göthalandom åndades mit Liiff
Aff Alders soot och ey aff Kiiff.
Conf. Historie af Danmark ved Suhm, T. I. p. 80: *Rig opfandt vel ikke först forskiellen imellem Jarler, Bönder och Trælle, men han var dog den förste, som satte de rette grændser imellem dem, og gav hver sine bestemte forretninger og rettigheter.* De Regis titulo vide Ynglinga Saga C. 20. Svea Rikes Hist. af Lagerbring T. I. p. 85. *Rik har varit den alldra förste af Asarne, som kallat sig Konung. - - - Under - - Dygwe - - - togo öfverherrarne i Upsala titel af Konung, då de tilförne nögdt sig med at kallas Drott.*

ratam, Heimdalleri nomine, civitatem primum inſtituendo, alterum ejus ille exſtitit lumen. Hujus quidem herois in finem ſæculi ſecundi incidit ætas, multo vero poſt, ſæculo ſcilicet ſeptimo vel octavo divina ejus atque immortalia in patriam merita, molli forſan & pacifico cuidam principi ut exemplo eſſent, verſibus ignotus noſter poëta perſecuturus, antiquiſſimorum Scanenſium, mythiſtorico more & poëtica licentia, exprimit diſciplinas, mores, tripartitam diviſionem, diverſa pro fortuna atque conditione negotia, rem pecuariam, agriculturam, indumenta, cibaria, ædes, cetera 8). Stilus, qui proxime ad carmen *Hymisqvida* accedit, non quidem ſublimis eſt, ſed rudis, qualem faſtidiunt novatores ſcilicet: ſic enim *mortalia facta peribunt, ne dum ſermonum ſtet honos & gratia vivax* 9). Quod autem de Ennio Quinctilianus habet, id nos ad antiquiſſima Septemtrionis monumenta referimus, quæ ſicut ſacros vetuſtate lucos, adoremus, in quibus gran-

8) Suhm l. c. p. 81. *Upaatvileligen er detta Poëma ſkrevet i den hedenſke tid, og rimmelig til en vis Konr, der ſtammede fra Dan Mykillati, og forſömte Krigsſager för Jagten; Men da her tillegges vore Fædre temmelig pragt, ſaa er det vel ikke ſkrevet förend i 8 eller 9 Sæculo.* Ejusdem Critiſk Hiſtorie af Danmark Tom. 7. Bind. 2 p. 474: *Rigsmal er ſkrefvet længe efter Rigs tid, - - - uden tvil fra den hedenſke tid, og maaſkee fra 6 eller 7 Sæculo.*

9) Horatii Flacci, de Arte Poëtica Liber, v. 68, 69.

grandia & antiqua robora non tantam habent speciem, quantam religionem 10). Neque apud *Snorro Sturluson*, cujus *Edda* Resenii & Göransonii beneficio lucem adspexit, neque apud *Sæmundar hin Frodu*, cujus rhythmicam Eddam, ex Codice Bibliothecæ Regiæ Hafniensis & diversis aliorum membraneis chartaceisque manuscriptis protractam, tradiderunt & illustrarunt Legati Magnæani Ephori, Gothicam hanc rarissimamque invenimus Odam, de qua quæ diximus pauca & observationes, quæ ipsum Carmen illustaturæ sequentur, explicabunt nostram omnem de antiquissimis Scanensibus sententiam.

RIGSMAL.	DE ERICO CARMEN.
Svo segia men i fornum sögum 1) *ad ein hver af Asum, sá er Heimdallr hiet, fór ferdar sinar oc fram med siáfar ströndu nockri oc nefndist Rigr. Eftir saugu theirri er kvædi thetta:*	*Narratur in antiquis fabulis unus filiorum Odini Asiatici, qui Heimdallr dictus est, constitutum iter ingressus, ad litus quoddam pervenisse, & appel latus fuisse Rigr. Ex hac narratione hoc compositum est carmen.*

1. Ar

10) Quintilianus Lib. 10. C. I. n. 88 Edit. Gesneri.

1) *Sic narrant homines in antiquis fabulis:* patet itaque facta Regis hujus ipso carmine multo esse antiquiora. Idem indicat vocabulum *Ar* Aurora, mane, annus, olim,

1.

Ar quadu ganga 1)
grænar brautir
aflgann oc alfæminn 2)
As kunnigann 3)
romann oc róskvan
Rig ftiganda.

1.

Olim profectus eft
virentibus viis
fortis & grandævus
multifcius As,
robuftus ille & alacer
progrediens Rig.

2.

Geck hann meir at that 4)
midrar brautar
kom hann at húfi
hurd var á gætti
inn vann ad ganga
elldr á gólfi 5).

2.

Ultra procedens
media via
adiit domum,
fubpatente janua
ftatim ingreffus eft.
In pavimento ignis.

3.

Hión fátû thar
haurd af eárne
Ai oc Edda 6)
alldin fallda,

3.

Sederunt hic conjuges,
durati laboribus,
Ai & Edda,
veteri veftitu.

2) Codex Vormianus *Aflgam* habet.

3) Odinus divus & Afiaticus, omnesque ab eo oriundi *As* dicti funt.

4) Loco *Th* Runa Gothica Thor þ in Manufcripto eft, quæ fere ut Dts pronuntiari debet, fed cum paucisfimæ tantum litteræ Gothicæ in promtu funt, loco þ ubique Th habemus.

5) Focus enim in medio pavimenti erat, & fumus per foramen, quod in culmine tecti fuit, transiit.

6) Proavus, Proavia.

4.

Rigr kunni theim
rád at fegia 7)
meir fettizt hann
midra fletia
enn á hlid hvara
hión falkynna.

4.

His potuit Rigr
dare confilia,
ipfe infedit
medio fcamno,
ad utrumque latus
familia domus.

5.

Thá tók Edda
okunn leif 8)
thúngann oc thyckvann
thrúnginn fádum

5.

Protulit tum Edda
confperfum cinere panem,
ponderofum & craffum,
plenum furfuribus.

6.

Bar hon meir at that
midra fkutla
fod var i bolla
fette á biód
war kálfr fódinn
kráfa beztr.

6.

Plura quoque appofuit
media menfa,
vas jure repletum
admotum fuit,
elixus vitulus
deliciæ epularum.

7.

Reis han upp thadan
riedzt at fofna
Rigr kunni theim
rád at fegia
meir lagdizt hann
midrar reckiu

7.

Hinc furrexit,
dormire cupiens,
Rigr iis potuit
dare confilia,
procubuit autem
medio lecto,

enn

7) Id enim temporis nobiliffimi, omnium fapientiffimi & infimul litteratiffimi fuerunt.

8) Nam in cinere & prunis coctus fuit. Defcribitur fcilicet conditio & fortuna hominum infimi generis.

enn á hlid hvara
hión salkynna.

ad utrumque latus
familia domus.

8.

Thar var hann at that
thriar nætr saman
geck hann meir at that
midrar brautar
lidu meir at that
mánudir nío.

8.

Ibi moratus est
tres noctes continuas,
Inde profectus est
media via,
post hæc absoluti
menses novem.

9.

Jód ól Edda
jósu vatni 9)
hörvi svartann
hietu Thræl 10)
hann nam at vaxa
oc vel at dafna.

9.

Filium Edda peperit,
quem baptizarunt,
cute nigra fuit,
dictus est Thræl,
cito crevit,
optime valens.

10.

War thar a höndum
hrockinskinni
kropner knúar
fingur digrir

10.

Manuum fuit
rugosa cutis,
lapsæ genæ,
digiti crassi,

9) Multo ante acceptam Religionem Christianam moris majorum fuit, ut aquam infantibus die lustrico super funderent nominaque dicerent, vide Ragnar Lodbroks Saga p. 15. Suhm l. c. p. 243, 279. Lagerbring l. c. p. 446.

10) h. e. Servus, humili de stirpe creatus, cujus tamen auctor & quasi parens fuit Rig: h. e. cives in tres classes distribuendo, servos etiam, eorum in officio retinuit, neque ad aliud vel majus admisit.

fulligt andlit.
lotr hrygr
langir hælar.

11.

Nam hann meir at that
magns um kotta
bast ad binda
byrdar giörva
bar han heim ad that
hris giörstann dag.

12.

Thar kom ad gardi
gengiibeina
or var á ilium
armr sólbrunninn
nidrbiugt var nef
oc nefndizt Thye 11).

13.

Midra fletia
meir settizt hon
sat hiá henni
sonr husſs
ræddu oc ryndu
reckiu giördu
Thræll oc Thye
thrúngin dægr.

vultus torvus,
dorsum curvum,
calces longæ.

11.

Tempore didicit
robore niti,
philyras nectere,
& fasces componere,
deinde virgas domum
tulit quotidie.

12.

Ad villam venit
ambulando illa,
quæ in manibus cicatrices,
fuscatum brachium,
nasumque collisum habens,
appellata fuit Thye.

13.

Medio scamno
se locavit,
& juxtim assedit
filius domus,
loquebantur & confabulabantur,
lectum parantes,
Thræl & Thye,
diebus professtis.

14. Baurn

11) h. e. Serva, unde Dialectus Scanensis habet vocabulum *Thöinge* h. e. servi domestici.

14.

Baurn ólu thau
biuggu oc undu
hygg ec heti
Hreimr oc Fióſnir
Klur oc Klóggr
Keffer Fulner
Drottr oc Digralldi
Drumbr oc Hóſnir
Lutr Leggiallkdi 12).

14.

Suis rebus contenti,
domos ædificarunt & libe-
ros genuerunt,
quos credo vocatos
Hreimarus & Fióſnir,
Klur & Klóggr,
Keffer, Fulner,
Drottr & Digralldi,
Drumbr & Hósnir,
Lutr, Leggialdi.

15.

Lógdu garda
akra toddu
unnu at ſvinum
geita gættu
oc grófu torf.

15.

Sæpibus ſegetes cingebant,
agros oblimabant,
ſues nutriebant,
capras cuſtodiebant,
& cæſpites effodiebant.

16.

Dætur voro thær
Dumba oc Kumba 13)
Ókkvinkalfa 14)
oc Arinn-nefia 15)

16.

Filiæ fuerunt
Dumba & Kumba,
Ókkvinkalfa,
& Arinn-nefia,

Yſia

12) Quæ omnia nomina varia ſervorum negotia & proprietates indicabunt. *Hreimr* gelu perferens, *Fioſnir* ſtabularius, bubulcus, *Keffer* ſervus, *Fulner* oppletus, *Drottr* onuſtus, *Digralldi* corpulentus, *Drumbr* tarde progrediens, *Lutr* dorſi inflexi, *Leggialdi* ad impoſitionem aptiſſimus.

13) Muta & membro læſa.

14) Forſan *okvidin kalfa* irriſa, vel contumeliis lacerata.

15) Naſus aquilinus, h. e. naſum aduncum habens.

Yſia oc Ambatt 16)
Eikin-tiasna 17)
Tôrtrug Hypia 18)
oc Trônubenia 19)
thadan eru komnar
thræla ættir.

Yſia oc Ambatt,
Eikin-tiasna,
Tôrtrug, Hypia,
& Trônubenia,
hinc origo
proſapiæ ſervorum.

17.

Geck Rigr at that
midrar brautir
kom han at húſi
hurd var á gætti
inn nam ad ganga
elldr var á gólfi
hion ſato thar
helldu á ſyſlu.

17.

Rigr procedebat
media via,
domum adiit,
ſubpatuit janua,
hic ſtatim ingreſſus eſt,
ignis erat in pavimento,
ſederunt hic conjuges,
negotiis diſtricti.

18.

Madr telgdi thar
meid til riſiar
var ſkegg ſkapat
ſkaur var fyri enni
ſkyrtu thrôngva
ſmockr á hálſi.

18.

Maritus hic lignum
machinæ textoriæ paravit,
barba ei pexa fuit,
& a fronte capilli,
arctumque induſium,
ad collum patens.

19.

Sat thar kona
oc ſveigdi rock

19.

Uxor hic ſedebat,
& colo nevit,

16) Immodeſta, domeſtica vel ſerva.

17) Circumvincta.

18) Ponderoſa & moleſta trua, laſciva;

19) Cicatricoſa.

breide fadm
bió til vadar
ſveigr var á hôfdi
ſmockr var á bringu
duckr var á halſi
dvergar á ôxlum
Aſi oc Amma 20)
áttu hús.

extenſo brachio,
fila ad veſtes paravit,
cacumen pilorum caput tegebat,
ſub colobio pectora ſubpatebant,
focale collum circumdabat,
ad humeros fibulæ,
Aſi & Emma
domum poſſidebant.

20.

Rigr kunni theim
rad ad ſegia
reis frá bordi
red at ſofna
meir lagdiſt hann
midrar reckiu
en á hlid hvara
hión ſalkynna.

20.

His Rigr potuit
optima ſvadere,
menſa ſurrexit,
cupiens dormire,
ille cubuit
in medio lecto,
& ad utrumque latus
familia domus.

21.

Thar var hann at that
thriar nætur ſaman
lidu meir et that
mánudir nio
jód ól Amma
jóſu vatni
kôlludu Karl 21)
kona ſveip ripti

21.

Ibi cunctatus eſt
tres noctes continuas,
poſt hæc completis
menſibus novem
filium Amma peperit,
quem baptizatum
Karl vocarunt,
materque linteo involvit,
raudann

20) Avus & avia.

21) Homo plebejus, ruſticus, fundi poſſeſſor.

raudann oc riodann 22) ridudu augu.	crines erant rubri, rubicundæ genæ, & arguti oculi.
22.	22.
Hann nam at vaxa oc vel at dafna ôxn nam at temia ardr at giôrva hús at timbra hladur at smida karta at giôrfa oc keyra plóg.	Cito crevit, optime vigens, boves didicit mansvefacere, aratra fabricare, domos ædificare, horrea struere, currus parare, & aratro terram vertere.
23.	23.
Heim óku tha hángin-lukla geita-kyrtlu oc giptu karli. Snór heitir su 23) settizt undir ripti 24).	Domum duxerunt claves sonantes portantem pellibusque caprinis indutam virginem, eamque Karl nuptum dederunt, appellata fuit Snôr, & sedebat sub linteo.
24.	24.
Biuggu hión oc bauga deildu	Connubio jungebantur, annulos permutabant, breid-

22) Eximiæ pulchritudinis insignia.

23) *Snóri* pro *sneri* neo, plecto, a quo etiam parum differunt *snotr* elegans & *snotur* disertus, loquax.

24) Forsan sub umbraculo producta, sub tegmine apposita, vel peplo induta. Potest etiam ripti hoc loco *reptur salur* significare h. e. cœnaculum; vel *reptr* laquear.

breiddu blæiur
oc bú giórdu
baurn ólu thau
biuggu oc vndu.

Iodices flernebant,
& domum adornabant,
liberos gignebant,
& læti ædificabant.

25.

Heit Halr oc Dreingr 25)
Haulldr Thegn Smidr 26)
Breidr Bondi 27)
Bundin-fkeggi 28)
Bui oc Boddi 29)
Brattfkeggr oc Seggr 30).

25.

Dicti fuerunt liberi Halr & Dreingr,
Haulldr, Thegn, Smidr,
Breidr, Bondi,
Bundinfkeggi,
Bui & Boddi,
Brattfkeggr & Seggr.

26.

Enn hetu fvo
Audrum nófnum
Snót Brudr Svanni 31)
Svarri oc Sprakki 32)
Fliod, Sprund oc Vif 33)
Feima, Riftill 34)

26.

Aliis quoque
appellati fuerunt nominibus,
Snót, Brudr, Svanni,
Svarri & Sprakki,
Fliod, Sprund & Vif,
Feima, Riftill,

25) Vir, fubditus.
26) Miles, dominus, faber.
27) Humerofus, herus.
28) Vinctam cultamque barbam habens.
29) Colonus & incola, vel fundi poffeffor.
30) Cui barba prominet, & qui gladio armatus eft.
31) Sagax, fponfa, Candida (cygni inftar.).
32) Magnifica, loquax.
33) Blandiens, faliens, puella.
34) Hilaris, incavata vel fculpta, נְקֵבָה.

thadan eru komnar	hinc origo
karla Ættir.	prosapiæ rusticorum.
27.	27.
Geck Rigr thadan	Hinc Rigr abiit
rettar brautir	recta via,
kom han at sal	ad atrium venit,
sudr horfdu dyr 35)	versus austrum
var hurd hnigin	subpatuit janua,
hringr var i gætti.	habens annulum (manubrium vel ansam puta).
28.	28.
Geck hann in at that	Mox irrupit,
gólf var stráad	pavimentum erat stramine velatum,
Sátu hión	Conjuges sedebant
Sáz i augu	seque invicem intuebantur,
Fadir oc Modir	Pater & Mater,
fingrúm at leika.	digitis ludentes.
29.	29.
Sat hús gumi	Paterfamilias sedens
oc snerre streing	funus torquebat,
alm of bendi	arcum ulmeum tendebat,
órvar skepti	& manubria telis parabat,
enn huss kona	sed Materfamilias
hugdi at órmum	brachia inspiciebat,
strauk of ripti	linteum levigabat,
sterkti ermar.	& amylo manicas poliebat.

30. Keiste

35) Et domicilia Majorum & sepulcra, immo templa, ostia haberunt vel orientem spectantia, vel saltem solem versus, dum cursum flectit ad meridiem.

30.

Keiſte falld
ringa var á bringu 36)
ſidar ſlædur
ſerk bláfaán
brun biertare
brioſt lioſara
háls hvitari
hreinni miöllu.

30.

Electa ſedebat,
in pectore annuli,
ſyrma erat promiſſum,
induſium cœruleum,
crines fuerunt pulchriores,
pectus candidius,
& collum magis album
puriſſima nive.

31.

Rigr kunni theim
rád at ſegia
meir ſettizt hann
midra fletia .
enn á hlid hvara
hión ſalkynna

31.

His Rigr potuit
dare conſilia,
ſe locavit
medio ſcamno,
& ad utrumque latus
familia domus.

32.

Tha tok Modir
merktann dúk
hvitann af hörvi
oc huldi biód
hon tók at that
hleifa thunna
hvita af hveiti
oc huldi dúk.

32.

Proferens tum Mater,
mappam pictura textili ornatam,
candidam & linteam,
menſamque ſtravit,
deinde ſumſit
tenues placentas,
tritico albentes,
quibus mappam velabat.

33. Fram-

36) *Ring* hoc loco ornamentum quoddam lunatum indicat, ſimile forſan fibulis pectoralibus puellarum noſtrarum Scanenſium.

33.

Framſetti hon
fulla ſkutla
ſilfri varda á bióð
ſan oc fleſki
fugla ſteikta
vin var i kônnu
vardir kálkar
drucku oc dæmdu
dagr var á ſinnum
Rigr kunni theim
rád at ſegia.

33.

Appoſuit menſa
repletas patinas,
argenteis laminis obductas,
fruges & lardum,
aves aſſas,
in cantharo vinum,
laminis obducta erant pocula,
potabant & fabulabantur
ad ſeram veſperam,
Hos Rigr novit
Optima monere.

34.

Reis Rigr at that
reckiu giôrdi
thar var hann at that
thriar nætr ſaman
geck hann meir at that
midrar brautar
lidu meir at that
manudir nio.

34.

Tum Rigr ſurrexit,
ſternebatur autem lectus,
hic ille cunctatus eſt
tres noctes continuas
deinde abiit
media via,
transacti fuerunt
menſes novem.

35.

Svein ól Modir
ſilki vafdi
jóſu vatni

35.

Filium nobilem Modir peperit,
quem ſerico involvit,
quemque baptizatum

Jalr

Jarl letu heita 37).
bleikt var hár
enn biartar vangar
ótul voru augu
sem i yrmlingi.

36.

Upp óx thar
Jarl á fletium
lind nam at skelfa
leggia á streingi
álm at beygia
órvar at skepta
fleini at fleygia
fróckur at dyia
hestum rida
hundum verpa
sverdum bregda
sund at fremia.

37.

Kom thar at ranni
Rigr gangandi
Rigr gangandi
runar kenndi
sitt gaf heiti
son kvedzt eiga.

Jarl vocarunt,
crines candicantes,
genæ albæ
oculi ardentes
quales serpentum.

36.

Accrevit
Jarl domi
tilias quatere discens,
funes vincire,
ulmos flectere,
manubria telis parare,
hastas jacere,
lanceas trajicere,
equo vehi,
canes ad venandum instituere,
gladium vibrare,
natationibus uti.

37.

Venit ad domum
Rigr pedibus,
Rigr pedibus,
Runas eum docuit,
promissaque fecit,
eumque suscepit.

38. Thann

37) *Jarl* equestris dignitas, comes, vir apud plebem honoratior, prætor.

38.
Thann bad hann eignatzt
ódal vôllu
ódal vôllu
oc alldnar bygdir.

39.
Reid han meir thadan
myrkvann veg
heilug fiôll
vnz at hôllo kom
ſkapt nam at dyia
ſkelfdi lind
heſti hleypti
oc hiôvi brá.

40.
Vig nam at vekia
vôll nam at rióda
val nam at fella
va til landa.

41.
Red hann einn at that
átian búvm
aud nam ſkipta
ôllum veita
meidma oc môſma
mara ſvangriſa

38.
Eum poſſidere juſſit
avitos agros
avitos agros
& antiqua rura.

39.
Hinc equo vectus (Jarl)
tenebroſa via
ad pruinoſa juga
ſuumque venit ad atrium,
haſtam protendere diſcens
tilias concuſſit,
equos domavit,
gladiumque geſſit.

40.
Aggreſſus eſt cædem quærere,
campos ſangvine inficere,
ſtrages facere,
& in terras invadere.

41.
Poſtea ſolus tuitus eſt
decem & octo prædia,
divitias ſuas diviſit,
omnibus largiendo
cimelia & munera,
equos pingves,

hringum

hringum hreytti	annulos nitidos,
ſnió ſundr baug 38).	aureosque circulos ſecuit.
42.	42.
Oku mærir	Illuſtres viri curro vecti
vrgar brautir	ſordidis viis
komu at hóllu	ad atrium venerunt,
thar ed Herſir bió 39)	in quo Herſir habitabat,
mætti han	cui ſe obtulit
mióſiñ garde	tenui corpore
hvitri oc hoſkvi-	candida, pulchra virgo
hetu Erna 40).	appellata Erna.
43.	43.
Badu hennar	Illam exorarunt,
oc heim óku	domumque revertentes
	giptu

38) Berchs Tal om Sv. Mynters ålder p. 9. *Man vil icke juſt upväcka et nytt tvifvelsmål om de ſtore och därvid hängande ſmärre guldringar i Ant. Archivo, ſåſom hade de kunnat vara at reſa på marknad med,* (ad munera etiam aptiſſima fuerunt hæc annulorum fruſta) *och efter nödtorften afhugga ſtörre eller mindre ſtycken; men ſå kan man dock i hem. Archivo upviſa* 12 *ſmå ſtycken af gulltenar, upfundne* 1705 *i Weſtmanland, hvilka näppeligen kunnā hafva varit brukade på annat ſätt* &c. conf. Nordiſk Hjelta Prydnad af Björner p. 42. Fig. 1, p. 44. Fig. 2, p. 46, Fig. 3, pag. 47, 70. Inledning til kännedom af Fäderneslandets Antiquiteter, Auctore Præſide, p. 197, 198, 212.

39) *Herſir* liber baro, provinciæ præfectus,

40) Aquila.

giptu Jarli
geck hun vnd line 41)
ſaman biuggu thau
oc ſer undu
ættir jóku
oc alldrs nutu.

44.

Bur var hinn ellzti 42)
enn barn annat
Jód oc Adal 43)
Arfi, Mogr 44)
Nidr oc Nidiungr 45)
namu leika
Sonr oc Sveinn 46)
ſund oc tafl
Kundr het einn 47)
Konr var hinn yngſti 48).

Jarl nuptum dederunt,
illa vero ſub linteo inceſſit,
ſic cohabitarunt
mutuo ſe amantes,
& ſtirpem propagarunt
vita fruentes.

44.

Bur natu fuit maximus
& liberi huic proximi
Jod & Adal,
Arfi, Mogr,
Nidr & Nidiungr,
Sonr & Sveinn
natare didicerunt
& latrunculis ludere,
Unus ex filiis Kundr dictus eſt,
Konr erat natu minimus.

45. Upp

41) Umbraculis linteis vel ſericis, *pell* dictis, noſtro quoque tempore, dum peragereтur conſecratio nuptialis, uſi ſunt antiquum obtinentes ruſtici.

42) *Bur* partus, fœtus, filius, puer. Proprie nomen Patris Odini.

43) Infans & Nobilis.

44) Heres, robuſtus juvenis.

45) Filius, nepos.

46) Filius, adoleſcens.

47) Cognatus.

48) Conſangvineus.

45.
Upp óxu thar
Jarli bornir
hefta tómdu
hlifar bendu
fkeyti fkófa
fkelfdu afka.

45.
Educati domi funt
Jarli filii,
equos domarunt,
clypeos fabricarunt,
vaginas formarunt,
arbores dejecerunt.

46.
Enn Konr vngr
kunni runar
æfinn runar
oc alldr runar 49)
meir kunni hann
mónnum biarga
eggiar deyfa
elldi at lægia.

46.
Et Konr natu minimus
novit runas
antiquas runas,
& fui temporis runas,
ille quoque potuit
heroibus opem ferre,
acies hebetare,
incendia exftinguere.

47.
Klók nam fugla 50)
kyrra ellda
fæva oc fvefia
forgir lægia
afl hafdi oc eliun
átta mana 51).

47.
Intellexit quid garriant
aves,
potuit ignem reftinguere,
fluctus compefcere,
dolores lenire,
robur & vires habuit
octo virorum.

49) Itaque vel id temporis plura runarum genera fuerunt.

50) Non de aufpicialibus folum, fed de nuntiis etiam & præmonentibus avibus loquitur.

51) Eadem miracula Ynglinga Saga enumerat, C. 7 de artibus Odini magicis.

48.
Hann vid Rig Jarl
runar deildi
brôgdum beitti
oc betr kunni
thá ôdladist oc
thá eiga gat
Rigr at heita 52)
rúnar kunna.

48.
Rigr cum Jarl
runas divisit
& doctrina certavit
sed plures artes edoctus
vicit,
divitiis quoque abundavit,
ex quo factum est
ut appellaretur Rigr
& runarum peritus.

49.
Reid Konr vngr 53)
kiôrr oc skóga
kolfi fleigdi
kyrdi fugla
tha qvad that kraka ein
sat quisti á:

49.
Konr junior equo vectus
ad paludes sylvasque
tela emittebat
avesque domitabat,
tum cecinit cornix
ramo supersedens:

50.
Hvat skalltu Konr vngr
kyrra fugla

50.
Cur cupis, Konr juvenis,
aves domare?

helldr

52) *Rig, Rigr* vel *Rik* dives. Alii *Rig* e. rigore derivant. vid. Critisk Historie af Suhm T. 7. Bind. 2. p. 474.

53) Forsan regi cuidam *Konr* de prosapia regum *Rig* & *Dan Mickillati*, totum hocce carmen dicatum fuit, ejusque emendationis causá compositum. Sunt etiam, qui credunt vocabulum Regis, Svet. *Konung*, Dan. *Konge*, e nomine *Konr* esse derivandum. vid. Suhm l. c. p. 471.

helldr mætti thier	te magis deceret
hestum rida	equis vehi
oc her fella.	& exercitus prosternere.
51.	51.
Aa Danr oc Danpr 54)	Danr & Danpr
dyrar hallir	pretiosa atria,
ædri ódul	& tuis meliores
en thier hafit	hæreditates possident,
their kunno vel	& bene norunt
kiól at rida	navibus vehi,
egg at kienna	acies tentare,
vndir riúfa.	vulneraque facere.

Hactenus poëta: qui plura de primis Scaniæ Regibus eorumque in Hallandia, *Himlehärad* & *Himleberg* vel *Himmelsberg* domicilio scire cupiunt, evolvant Monumenta Scanensia Lagerbringii Nostri Vol. 1. p. 45, Critisk Hist. af Danmark ved Suhm T. 6. Bind 1. p. 239, 241, T. 7. Bind 2. p. 455, Hallands Beskrifning af Richardson p. 47, 104. Tab. 15, Geographie öfver Sverige af Tuneld, Edit. 7. T. 2. p. 502, Historia Norvegiæ T. 1. p. 378, 414—416, ubi etiam in opinionem discedit Torfæus de vocabulo *Konung*, regem significante, quod a *Kyn*, h. e. dominium, nobilitas, fluat. Carmen

d 2

54) Ni fallor, *Danp* filius, & *Dan Mikillati* nepos Regis *Rig*.

men Noſtrum in partes quidem, non tamen æqualiter primitus diviſum eſt, nos autem verſibus, ut eos quaſi in ordinem cogeremus ſingulisque nomina imponeremus, numeros adjecimus. Illud tandem dicere ſufficiet, quod in Edda Upſalienſi & Holmienſi fruſtra quæratur. Exſtat tantum in Manuſcriptis bibliothecæ vel Regiæ vel Univerſitatis Hafnienſis, & quidem i Eddæ Codice Vormiano p. 431—443, & in collectionibus Arna-Magnæanis N. 747, 748, 754, 755, forma, quam Quartam vocant, unde illud nos habemus. Eſt inſigne vetuſtatis Monumentum, Hiſtoriæ Scanenſis fontes aperturum, ſed cui utrobique in fine aliquid deeſſe videtur. Si itaque finem hujus Odæ non reperimus, exitum tamen rei habemus, & cum inglorios reges & ignobiles oblivio obruat, Ericus Noſter, poſteritati traditus, ſuperſtes erit.

